



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.XVI. Ultimatum der Kayserlichen Gesandten in puncto Gravaminum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647. gleichen *paritas* anzustellen. *Ego respondi*: Es wäre ein Unterscheid zu machen, wo die Crayße von einerley Religion Stände, und wo sie mixti, da wäre der Vorschlag, daß ein Theil dem andern nachwarten sollte, bis der numerus ad *parietatem* redigiret; deswegen man sich dann zu vergleichen hätte. *Ihro Excell.* Wann wird solcher Vergleich statt finden, dann man bishero erfahren, wie kein Stand dem andern zu weichen oder nachzugeben begehre. Weiter schlage man vor *Translationem Camerae* in *alium locum*, und wolle doch kein Ort sich dazu verstehen. *Ego*: Es beklagten sich alle Stände, daß Sie gar zu weit entlegen, und die *Iustitiam* auf 100 und mehr Meilwegs suchen und heben müßten. *Excell.* So möge man es nach Erfurth oder Nürnberg transferiren. *Ego*: Nürnberg werde sich schwerlich dazu verstehen. *Excell.* Es sey wol zu erbarmen, daß die liebe Justiz so verächtlich, daß sie Niemand beherbergen wolle. Es habe fast das Ansehen, ob begehre man keine rechte Bestellung der *Iustitiæ*, sondern solche ein jeder Stand gern formirt haben wollte, wie es ihm zuträglich, und in seinen Kram diene; Obgleich jeho das Cammer-Gericht zu Speyer bey währenden diesen Kriegs-Troublen sehr abgenommen und übel bestellt, so hoffe man doch, wann der liebe Gott Frieden beschere, daß sich noch wohl *subjecta* finden, mit denen die abgegangene Stellen zu ersetzen.

1647.
Mart.

Nach solchem kamen *Ihro Excell.* auf *Libertatem Conscientiæ* der *Unterthanen* in den Kayserlichen Erb-Landen, wie auch auf *Autonomiam Religionis* bey *Catholischen Herrschafften*, es wäre ja ein nachdenkliches Ansehen, daß man sowohl *Ihro Kayserlichen Majestät*, als andern *Catholischen Ständen* *prescribiren* wolte, wie Sie ihre *Unterthanen* zu tractiren, oder wie Sie mit denselben auch in *puncto Religionis* zu verfahren. Dahingegen die *Catholischen* den *Evangelischen* weder Ziel noch Maß geben sollten, dieselbe es auch nicht beehrten, und weilt man die *aequalitatem pro norma* setzte, warum es dann auch nicht einem Theil wie dem andern zuzulassen sey? *Ego replicirte*: Daß an manchem Ort *Observantia* und *Privilegia* ein anders mit sich brachten; dazzu hätte man diß Orts, gegen *Kayserliche Majestät* wegen *Dero Erb-Unterthanen* allein *intercedendo* und *perendo negotiiret*. *Excell.* Der Aufsatz bringe viel ein anders mit sich, da ausdrücklich gesagt, so und so soll es gehalten werden. *Ego*: Man werde die *Evangelischen* ja nicht verdencken können, daß sie sich ihrer *Glaubens-Genossen* annehmen, die *Catholischen* thäten es vielmehr und mit einem andern Effer und Gewalt. *Excell.* Wolten die *Unterthanen* ihr Gewissen ja so rein bewahren, und die Religion so hoch in Acht nehmen, so könnten sie ja an andere Derter sich begeben, und warum sich die *Evangelischen* so sehr um anderer Herrschafften *Unterthanen* zu bekümmern hätten? *Ego*: *Sacra Scriptura* gebe es an die Hand, wann du bekehret wirst, so bekehre auch deinen Bruder ic. *Ille*: Die *Catholischen* hofften sowohl durch ihre Religion die *Seeligkeit* zu erlangen, als die *Evangelischen*: wären also nicht zu verdencken, daß sie auch *Propagationem* ihrer Religion in Acht nehmen. *Ego*: Man begehre doch nicht, daß die *Catholische Obrigkeiten* *Evangelische Unterthanen* sollten und müßten aufnehmen, sondern es sollte jedweden Orts frey stehen: Alleine, daß mit denjenigen, welche bereits in loco wären, *ratione Libertatis conscientiæ* ein Einsehen gehalten würde. *Excell.* Man gebe es jeho zwar vor, habe es aber vor diesem auch nicht gut seyn lassen wollen; da man doch wohl wisse, daß die *Evangelici* die *Catholicos* nicht unter sich leydeten, oder doch alsd tractireten, daß sie selbst Ursach suchten, zu emigriren. *Ego*: Darinnen wären *Ihro Excell.* zu mild berichtet, *Evangelicis* würde man dergleichen nicht darthun können. *Excell.* *Reperirten priora* und baten, daran zu seyn, daß das Werk zum Ende befördert würde.

§. XVI.

Ultimatum
derez Kayser-
lichen Ger.

Am 5ten Martii stellten nun die Den, ihr versprochenes Ultimatum zu, welches in forma also lautet: sandten in Puncto Gravaminum.

1647. *Diſtat. Oſnabr. d. 7. Mart.*
 Mart. 1647.

1647.
 Mart.

Declaratio Dominorum Plenipotentiariorum Cesareanorum, exhibita Dominis Legatis Svecicis die 5. Mart. ſtyl. vet. Anno 1647.

Circa Gravamina Ordinum utriusque Religionis, eorumque Compositionem actum & transactum est modo & forma sequenti:

I.

Transactio Anno 1552. Passavii inita, & hanc Anno 1555. secuta Pax Religiosa, prout ea Anno 1566. Augusta, & post in diversis Sacri Romani Imperii Comitibus Universalibus confirmata fuit, in omnibus suis Capitulis unanimi Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis consensu, conclusis ac initis, rata habeatur, sancteque & inviolabiliter servetur.

Quæ vero de nonnullis in ea Articulis controversis, hac Transactione, communi Partium placito statuta sunt, ea pro perpetua dictæ Pacis declaratione, tam in Judiciis quam alibi, observanda habebuntur, donec per Deigratiam de Religione ipsa convenerit, non attempta cujusvis, seu Ecclesiastici seu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interposita Contradictione vel Protestatione, quæ omnes inanes & nihili, vigore horum, declarantur. In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status, omnes & singulos, sit æqualitas exacta, quatenus Formæ Republicæ, & præfenti Conventioni conformis est, violentia omni & via facti, ut alias, ita & hic inter utramque Partem perpetuo prohibita.

II.

Terminus à quo Restitutionis in Ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata sunt, sit dies 1. Jan. Anno 1624. Fiat itaque Restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis, comprehensa Libera Imperii Nobilitate, ut & Communitatibus & Pagis Immediatis, plenarie & pure, cassatis omnibus interim in istiusmodi causis latis, publicatis & institutis Sententiis, Decretis, Transactionibus, Pactis seu dedititiis seu aliis Executionibus, reductione ad statum dicti anni dieique facta.

Sub isto Terminò à quo, comprehendatur etiam Comes Palatinus Ludovicus Philippus, non attempto, quod dicto Anno 1624. in possessione sui Patrimonii non fuerit: restituaturque tam in Ecclesiasticis, quam in Politicis in eum, quo ante fuerat, statum. Econtra Episcopatus Mindanus Catholicis restituatur, saltem ad dies vitæ a moderno Domino Episcopo possidendus & fruendus cum conditione, ut post ipsius decessum alterni ex utraque Religione sibi invicem succedentes novi eligantur aut postulentur Episcopi.

III.

Bona Ecclesiastica Immediata quod attinet, sive sint Archi-Episcopatus, Episcopatus, Prælaturæ, Abbatia, Ballivie, Præposituræ, Commendaturæ, sive liberae Foundationes Seculares, aut alia, unâ cum redditibus, pensionibus aliisque quocunque nomine signatis, seu in urbibus seu rure sitis, ea, seu Catholici seu Augustinæ Confessioni addicti, primo Januarii 1624. possederint, omnia & singula, nullo plane excepto, ejus Religionis consortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, sive legitimam Electionem, Postulationem, Titulumque ad apprehendam possessionem habilem adepti fuerunt, in perpetuum tranquille & imperturbate possideant, neutrique Parti liceat contra alteram, seu in Judicio seu extra Judicium, negotium facessere, multominus turbas aut impedimentum aliquod inferre.

Si

1647.
Mart.

Si igitur, seu Catholicus seu Augustanae Confessionis Archi-Episcopus, Episcopus, Praelatus &c. solus, vel etiam una cum Capitularibus, seu singulis seu universis, aut etiam alii Religiosi, Religionem in posterum mutare, excidat ille statim suo Jure, honore tamen famaue illibatis, fructusque & redditus citra moram & exceptionem cedat; Capituloque aut cui id de Jure competit, integrum sit, aliam personam Religioni ei addictam eligere aut postulare, relictis tamen Archi-Episcopo, Episcopo, Praelato &c. decedenti fructibus & redditibus interea perceptis tam consumptis quam extantibus.

1647.
Mart.

Si ergo Status, seu Catholici seu Augustanae Confessionis addicti, Archi-Episcopatus, Beneficis aut Praebendis suis Immediatis à 1. Jan. 1624. judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocumque modo turbati fuerint, vigore harum illico, tam in Politicis quam Ecclesiasticis, omnibus novationibus abolitis, restituantur; ita quidem, ut quaecumque Bona Ecclesiastica Immediata 1. Jan. 1624. Catholico Praefule regebantur, Catholicum Caput recipiant, & vicissim quibus dicto Anno dieque Augustanae Confessionis Praeful praefuit, praesit etiam in posterum, remissis tamen, quae una Pars contra alteram praetendere posset, perceptis interea fructibus, damnis & expensis.

IV.

In omnibus Archi-Episcopatus, Episcopatus, &c. Jura Eligendi & Postulandi juxta cujusque loci consuetudines & Statuta antiqua, illibata maneat, quatenus illa Imperii Constitutionibus, Transactioni Passaviensi, Paci Religiosa, & in primis huic Declarationi & Transactioni sunt conformia, & intuitu Archi- & Episcopatum Augustanae Confessionis addictis permanentium, ea nihil in se continent illi Confessionis adversum.

Postulati vero seu Electi in Capitulationibus suis spondeant, se susceptos Ecclesiasticos Status & Beneficia nequaquam hereditario jure possessuros, aut id acturos, ut hereditaria fiant, sed libera sit ubique Capitulo, & quibus id praeterea pariter cum Capitulo pro more competit, tam Electio & Postulatio, quam Sede Vacante Administratio & jurium Episcopatum Exercitium: operaque detur, ne Nobiles, Patricii, Gradibus Academicis insigniti, aliaque personae idoneae, ubi id Foundationibus & Consuetudini non ad verfat, excludantur, sed ut potius in iis conserventur.

V.

Ubi Sacra Caesarea Majestas Ius Primariorum Precum exercuit, ea Eadem etiam in posterum maneat illibata, dummodo decedente Evangelico, in ejus Religionis Episcopatus, Evangelicus, ad normam Statutorum & observantiae idoneus Precibus fruatur.

In Mixtis vero ex utraque Religione, seu Episcopatus, seu aliis locis Immediatis, Precibus Primariis praesentatus non gaudeat, nisi Beneficium vacans consors Religionis possederit.

Si quid Annatarum, Jurium Pallii, Confirmationum, Mensum Papalium & hujusmodi Jurium & Reservationum nomine, in Bonis Statuum Augustanae Confessionis Ecclesiasticis Immediatis, praetendatur, quandoque, aut quomodocumque, id executione à brachio Seculari impertienda careat.

In quorum autem Ecclesiasticorum Bonorum Immediatorum Capitulis, Utriusque Religionis Canonici, vigore praefati Terminii, certo utrinque numero

1647. Mart. numero admittuntur, Mensesque Papales id temporis in usu fuerunt; porro quoque, si decedentes Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni, casu eveniente, mandentur.

1647. Mart.

VI.

Electi aut Postulati Archi-Episcopus, Episcopus, Prælati, Augustanæ Confessionis addicti, à Sacra Cæsarea Majestate, postquam intra annum Electionis aut Postulationis suæ fidem fecerint, & Iuramenta Regalibus sueta Feudis præstiterint, absque ulla exceptione investiantur, ultraque Taxæ Ordinariæ summam, insuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant.

Augustanæ Confessionis Archi-Episcopi, Episcopi, Prælati, aut Sede Vacante Capicula, & quibus administratio cum iis conjunctim competit, ad Universales æque ac Particulares Deputationum, Visitationum, Revisionum, aliosque Conventus Imperiales literis solitis evocentur & Suffragii Iure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis dissidia, eorum Iurum particeps fuit; Quæ vero & quot personæ ad ejusmodi Conventus mitti debeant, de eo Præsulibus cum Capitulis & Conventualibus statuere liberum esto.

De Titulis Principum Ecclesiasticorum ex Augustana Confessione, ita convenit, ut, absque tamen præjudicio Status & Dignitatis, Titulis *Electorum* & *Postulatorum* in Archi-Episcopum, Episcopum, Abbatem, Præpositum &c. insigniantur.

Sessionem autem in Scanno inter Ecclesiasticos & Seculares intermedio & transverso capiant; quibus à tergo assideant, in Conventu omnium Trium Imperii Collegiorum Director Cancellariæ Moguntinensis, nomine Domini Archi-Episcopi, Actorum Comitalium generali directione fungens, & post ipsum Directores Collegii Principum, Idem observetur in Senatu Principum, Collegialiter congregato a solis istius Collegii Actorum Directoribus.

VII.

Quot Capitulares & Canonici die 1. Jan. 1624. uspiam, excepto Capitulo Cathedrali Episcopatus Argenteratensis, vel Augustanæ Confessionis vel Catholici fuerunt, totidem illic ex utraque Religione erunt semper, nec decedentibus, nisi ejusdem Religionis consortes surrogentur. Si vero alicubi jam plures Catholici vel Augustanæ Confessionis Capitulares vel Canonici Beneficia possident, quam Anno 1624. Beneficia quidem & Præbendas ad vitam retineant; Mortuis vero hisce supernumerariis, tandiu Catholicis Augustanæ Confessionis addicti, & his Catholici succedant, donec redintegratus fuerit Utriusque Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui 1. Jan. 1624. extitit. Exercitium vero Religionis in *Mixtis Episcopatus* ita restituatur & permaneat, ubi & quatenus id Anno 1624. palam receptum permissumque fuit, hisque omnibus nec eligendo, nec presentando, aut aliter quicquam detrimenti creetur.

VIII.

Qui Archi-Episcopatus, Episcopatus & aliæ Fundationes atque Bona Ecclesiastica Immediata in Satisfactionem concesserunt, ex his præjudicium sentiant nullum, sed Conventionibus suis relinquuntur.

IX.

1647.
Mart.

IX.

1647.
Mart.

Quaecunque Monasteria, Collegia, Ballivia, Commendæ, Tempora, Fundationes, Scholæ, Hospitalia aliave *Bona Ecclesiastica Mediata*, ut & eorum redditus Juraque, quocunque nomine ea appellata fuerint, Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status &c. Anno 1624. 1. Jan. possederunt, eadem omnia & singula, sive retenta semper, sive restituta, sive vigore hujus Transactionis restituenda, iidem possideant perpetuo, donec controversiæ Religionis amicabili compositione definiantur, non artentis exceptionibus, sive ante sive post Transactionem Passaviensem aut Pacem Religiosam, reformata aut occupata fuisse dicantur: Unicum solumque hujus Transactionis, Restitutionis Observantiæque futura fundamentum sit 1. Jan. 1624. habita Possessio, irritis prorsus Exceptionibus, quæ ex introducto aliubi locorum Exercitio Interimistico, vel anterioribus, aut secutis Pactis generalibus aut specialibus, Transactionibus, vel litibus motis, causisve decisis vel etiam Decretis, Mandatis, Rescriptis, Paritoriis, Reverfalibus, litis pendentiis, vel aliis quibuscunque prætextibus desumi possent.

Ubi igitur supradictorum omnium Bonorum, eorundemque pertinentium fructuumve Augustanæ Confessionis Statibus aliquid, quovis modo ac prætextu, sive judicialiter sive extrajudicialiter, à dicto tempore interversum aut ademptum est, omnino absque mora & indistincte, & inter illa specialiter etiam Monasteria, Fundationes, atque Bona Ecclesiastica omnia & singula à Principe Wurtembergico, Ao. 1624. possessa, cum suis pertinentiis, redditibus & accessionibus ubiqueque sitis, unâ cum amotis Documentis, in priorem statum restituantur. Hinc tamen excepta sunt Monasterium St. Georgii in Nigra Sylva, Monasterium Reichenbach, itemque Monasterium Blaubeyern, cum Ditione cognomine ad Domum Austriacam spectante, & Heidenheim pro quingentis millibus florenorum Rhenensium Electori Bavarix tradita, cujus tamen reluitio Duci Wurtembergix pro eadem summa libera sit.

Omnia quoque Monasteria, Fundationes, Sodalitia Mediata, quæ 1. Jan. 1624. Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut ut in Augustanæ Confessionis Statuum Territoriis & Ditionibus ea sita sint, non tamen in alios Religiosorum Ordines, quam quorum Regulis primitus dicata sunt, commutentur, nisi talium Religiosorum Ordo plane interciderit: tunc enim Magistratui Catholicorum liberum esto, ex alio in Germania usitato Ordine novos Religiosos substituere. In quibuscunque vero Fundationibus, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis, Hospitalibus ejusmodi Mediatis, Catholici & Augustanæ Confessionis addicti, promiscue vixerunt, vivant etiam posthac promiscue, numero prorsus eodem, qui 1. Jan. 1624. ibidem repertus fuit. Publicum etiam Religionis Exercitium idem maneat, quod quovis in loco, dicto Anno dieque usitatum fuit, absque unius vel alterius Partis impedimento. In quibuscunque etiam Fundationibus Mediantis Anno 1624. die 1. Jan. Sacra Casarea Majestas Primarias Preces exercuit, exerceat etiam eas imposterum ad modum circa Bona Immediata superius explicatum. Idem plane observetur in Mensibus Papalibus; conferant etiam Archi-Episcopi, & si quibus aliis id juris competit, Beneficia Mensium Extraordinariorum.

Quod si quoque Augustanæ Confessionis addicti, in ejusmodi Bonis Ecclesiasticis Mediatis, dicto anno dieque à Catholicis realiter plene vel ex parte possessis, Jura Præsentandi, Inspectionis, Vistandi, Confirmandi, Corrigendi, Protectionis, Aperturæ, Hospitationis, Serviciorum, Operarum

Dierder Theil.

D

1647. rarum habuerunt, item Parochos Præpositos ibi aluerunt, Jura ista illis 1647.
 Mart. facta testaque maneant, modo per hos in istiusmodi Bonis Ecclesiasticis Mart. Mediatu instituto Catholicæ Religionis nihil præjudicetur, ac Magistratui Catholicorum Ecclesiastico sua Jura ex instituto Ordinis competentia, salva & illibata sint: Quibus etiam, si Electiones aut Collationes Præbendarum vacantium debito tempore facta non fuerint, jus devolutum saluum esto.

Quod ad Status & Civitates Imperii aliis altioribus Imperii Statibus per Oppignorationem Imperialem subiectas, aut etiam alia bona Patrimonialia Imperii, vel certi alicujus Status Imperii alii oppignorata attinet, si quis super præsentia Reluitione quicquam juris ad se spectare existimaverit, liberum esto, actionem desuper coram competente Judice intentare, nec aliter teneatur Possessor re oppignorata decedere, nisi servato Juris ordine, Sententia contra eundem lata ad parendum reluitioni condemnatus fuerit.

X.

Libera & Immediata Imperii Nobilitas, una cum Subditis & bonis suis, in iis locis, ubi ratione certorum bonorum, & respectu Territorii & domicilii, aliis Statibus non reperiantur subiecti, vigore Pacis Religiosæ illimitatæ præsentisque Conventionis, in Juribus Religionem concernentibus, penitus æquata maneat supradictis Electoribus, Principibus & Statibus, nec in iis sub quocunque prætextu impediatur aut turbetur; Turbati vero omnes omnino restituantur in integrum.

XI.

Libera Imperii Civitates, prout omnes atque singula sub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis, & præsentis ejusdem Declaratione, sed & alias ubique indubitanter continentur, ita ex illorum numero ea, in quibus unica tantum Religio in usu est, tam ratione Juris Reformandi, quam aliorum casuum Religionem concernentium, in Territoriis suis, & respectu Subditorum, non minus ac intra muros & suburbia, aliis Statibus Imperii Superioribus omnimodo æquales, adeoque de iisdem generaliter disposita & conventa, de his quoque dicta & intellecta sunt.

Quod si tamen in iis Civitatibus, in quibus præter Augustanæ Confessionis Exercitium nullum inter Ecclesias Parochiales admissum est, aliqui Catholici cives commorentur, atque ibidem aliqua Capitula, Ecclesiæ Collegiata, Monasteria & Canobia, sive mediate sive immediate subiecta, quæ Catholicis vigore Terminum de Anno 1624. relinqui debent, constructa sint, dictis Civibus ibidem plenum Religionis Catholicæ Exercitium cum pleno jure omnium Sacramentorum frequentare indeque percipere fas & jus esto.

Illæ Civitates Imperiales, quæ sive uni sive utrique Religioni addictæ ab Anno 1624. propter Religionem vel Bona Ecclesiastica ante aut post Transactionem Passaviensem & subsequutam Pacem Religiosam occupata & reformata, vel aliâ intuitu Religionis in Politicis quocunque nomine, sive extra sive judicialiter aggravatæ sunt, in eum statum, in quo Calendis Januarii Prædicti anni, tam in Sacris, quam in Prophanis fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii Superiores plenissime reponantur, inque eo absque ulteriori turbatione perinde atque illæ, quæ tunc temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, usque ad amicabilem Religionum compositionem conserventur.

Quod

1647.
Mart.

Quod ad Civitatem Augustanam attinet, Cives ibidem Augustanæ Confessionis addicti, cum ratione Exercitii Religionis, dudum in pristinum statum restituti sint, etiam in Politicis in eum restituantur, quo Anno 1624. i. Jan. fuerunt, atque insuper illis Scholæ, Hospitalia, Xenodochia, Nosocomia, Stipendia, Fundationes ad pias causas, & quæ his annexa sunt, redantur: Catholicis ex altera parte Civibus etiam suis Scholis, Stipendiis, Fundationibus &c. permansuris; Templorum vero usus, quæ dicto Anno 1624. habuerunt, ita restituantur, ut talium templorum Chori Catholicis proprii permaneant. In reliquo autem templorum corpore liceat, tam Augustanæ Confessionis, quam Catholicæ Religionis Civibus, stans & separatis horis suum divinum cultum peragere, neutrique alterum turbare aut interpellare fas esto.

1647.
Mart.

Et quoniam respectu Civitatis *Bibrach, Dinckelspiehl, & Kaufbayern*, diversæ querimonie, tam quoad Statum Politicum quam Ecclesiasticum prolatae fuerunt, de quarum tamen Justitia vel Injustitia non liqueat, nomine Cæsareæ Majestatis concessum est, quod hujusmodi Gravati per Commissarios à Sua Majestate ex utraque Religione deputandos audiri, causaque cognita juxta dictamen Pacis Religiosæ & præsentis Conventionis eorum Gravamina decidi ac removeri debeant. Idemque observetur, siquæ ex Civitatibus Imperii Catholicis, sive integre Catholicæ sint, sive utriusque Religionis Exercitium ibidem vigeat, se in hujusmodi rebus gravatam conqueratur. Civitas *Aquisgrani* in eo statu permaneat, in quo vigore sententiæ à Cæsare Rudolpho II. hucusque fuit. De restitutione verò *Donawerde* in proximis agatur Comitibus.

XII.

Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vassallos, Communitatesque, qui Statibus Imperii Immediatis tanquam Status Provinciales & Mediani subiecti sunt, & reliquos eorum subditos pertinet, qui quidem sive Publicum sive Privatum Augustanæ Confessionis Exercitium usu obtinuisse asserunt, & generatim quod libertatem credendi unius vel alterius Religionis Statuum Immediatorum subditis permittendam concernit, cum hujusmodi Statibus Immediatis, cum jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hæcenus usitata praxi, etiam Jus Reformandi Religionem competat, atque in hac ipsa Conventione vigore præcedentium Articulorum stabilitum sit, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si à Religione sui Superioris dissentiant, Beneficium Emigrandi concessum, insuper majoris concordie inter Status stabiliendæ causâ, cautum fuerit, quod nemo alienos Subditos ad suam Religionem pertrahere, allicere, cave causâ in defensionem aut Protectionem suscipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat; conventum est, hoc idem porro quoque ab Utriusque Religionis Statibus observari, nullique Statui Mediano jus, quod ipsi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Interea tamen Status Immediati Catholici, tam erga eos Landfassios, Vassallos & Subditos sibi subiectos, qui Anno 1624. nullo certo pacto, sed sola conniventia, aut etiam invitis suis Superioribus, usum & Exercitium Augustanæ Confessionis habuerunt, quam erga alios, qui nullum usum obtinuerunt, eidem tamen Confessionis addicti sunt, ita se benignos & clementes exhibebunt, ut nemo justam conquerendi causam habere possit, modo ejusmodi Landfassii, Vassalli, subditi, in ceteris officium suum cum debita erga Superiores reverentia diligenter adimpleant, nullisque turbationibus

Dierdter Theil.

Ω 2

ansam

1647. anam præbeant. Idem quoque observabunt Augustanæ Confessionis Sta- 1647. di
Mart. tus Imperii Immediati erga suos, si quos habent, Catholicæ Religionis sibi Mart. M
subjectos.

Quod si verò aliqua inter tales Immediatos Imperii Status eorumque Subditos & Status Provinciales ante hac Pacta intercessissent, Transactiones & Conventiones de Exercitio Religionis vel introducendo, permitiendo, conservando aut abrogando initæ essent; hujusmodi Pacta, Transactiones, Conventiones & Permissiones, sicut nominatim ea, quæ hoc nomine ab Electore Moguntinensi cum Civitate *Erffordia*, item *Colonienfi* de Episcopatu *Hildefensi*, cum Ducibus Brunsvicentibus, pacta, itemque in Episcopatibus *Osnabrugensi* & *Midano*, usque ad Annum 1624. permiffa sunt, rata illa atque firma permanento, nec ab iisdem, nisi mutuo Pacificentium consensu, recedere liceat.

XIII.

Quamvis autem Reginae Sueciæ Legati, ut & Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum Augustanæ Confessionis Deputati Consilarii & Agentes satis instanter intercesserint, ut non solum Principibus Statibusque Augustanæ Confessionis unâ cum Ducatibus & Ditionibus Hereditariis per Silesiam ipsorumque Subditis, ut & Civitati Uratislaviensi, sed etiam per Regnum Bohemiæ, Marchionatum Moraviæ, & alias Hereditarias Austriacæ Domus Superioris, Inferioris & Interioris Austriæ Provincias, Augustanæ Confessionis Exercitium eidem addictis incolis & subditis restitueretur, & nemo ob ejusdem Confessionis professionem, Loco, Bonis ac Dignitatibus cedere cogeretur; tamen cum Sacræ Cæsareæ Majestatis nomine constanter declaratum sit, quod in hujusmodi suis Regnis & Provinciis Hereditariis à nemine sibi leges & modum præscribi pati possit, sibi que Jus Reformandi in negotio Religionis minime negandum existimet, quod alii Reges & Principes, imò minimi quique Magistratus, tam intra quam extra Imperium, sibi metipsis competere asserunt; Arque insuper additum, quod Sua Majestas nullo quidem Pacto, (ad quod nulla ratione se adstrictam esse velle, per expressum protestatur) sed ex mera clementia & in gratiam intercedentium Legatorum & Statuum, iis, qui extra Bohemiam, Moraviam Austriamque Superiorem & Inferiorem, in cæteris adhuc commorantur, Provinciis Hereditariis, hætenus inter Status Provinciales habiti & numerati necessitatem Religionis causa emigrandi, usque ad finem Anni à nato Christo 1656. non imponet, sed eos, modo in reliquis se tales, quales erga suum Dominum & summum Principem decet, præsent, clementer tolerabit; Quod etiam reliquos subditos inferioris conditionis Augustanæ Confessionis adhuc ibidem addictos clementer tractabit, nec ulli præterea violentiam intentabit, item cum religionis causa vel præfixo termino vel sponte emigraverint, bonaque sua immobilia vendere commode non possint, quod illis statis anni temporibus, impetratâ prius à Magistratu loci veniâ, liber aditus rerum suarum inspiciendarum & curandarum causâ patere debeat, & quod Duces Silesiæ in Brigh, Ligniz, Munsterberg & Oels, item Civitas Uratislaviensis, juxta gratiam ipsis Anno 1635. factam, & scriptis eo nomine ad Cæsaream Majestatem tanquam Regem Bohemiæ elogis humillimè acceptatam in concessio libero Augustæ Confessionis Exercitio manutenebuntur; Dicti Legati Suecici Statuumque Imperii Deputati ultra istas Cæsareas Declarationes & Concessiones fortius insistendum non esse, sed amore reducendæ Pacis Publicæ acquiescendum judicârunt.

XIV.

1647.
Mart.

XIV.

1647.
Mart.

Palatino Solisbacensi, sicut hæcenus ita etiam imposterum similiter & Viduæ Hilpoltsteinensi pro se suisque Aulicis Ministris, Consiliariis, Officialibus & Servis, intra Aulæ parietes & aedes Sacras illuc pertinentes liberum pateat Augustanæ Confessionis Exercitium, & siquid hoc nomine turbatum, redintegretur in eum, quo Anno 1624. 1. Jan. fuerat, statum. In reliquis Jus sublime Territorii, tam quoad Ecclesiastica, quam Politica Principi totius Palatinatus Neoburgici Regimini universali Præfecto maneat saluum: Ita tamen, ut Subditos Augustanæ Confessionis addictos, ea qua supra in genere conventum est indulgentia tractet.

XV.

Porro etiam si supra Articulo XII. satis superque Immediatorum Ordinum Imperii subditis, uni vel alteri à suis Superioribus diversæ Religionis addictis, cautum videatur; tamen ut plenius iisdem prospectum sit, atque futuris querimoniis obviam eatur, ulterius conventum esto, quod Subditi Catholicorum Augustanæ Confessionis adherentes, ut & hujus Confessionis Statuum Catholici Subditi, quibus alias nec Pacto nec Usu diuturno, nec Privilegio, suæ singularis Religionis Exercitium permissum deprehenditur, cum rerum & fortunarum suarum præcipiti jactura emigrare non teneantur; Sed interea, dum Superiorum suorum clementia & gratia tolerantur, nullis novitatibus nec publice nec privatim ansam præbeant, interea nulli ob Religionem despiciatui habeantur, nec à Mercatorum, Tribuum, Societatumque communione, Hereditatibus, Legatis, Hospitalibus, Nosocomiis, Eleemosynis, aliisque muniis sive publicis sive privatis, solius Religionis respectu, nec etiam honestis sepulturæ locis & conductibus arceantur, multominus quicquam pro exhibitione cadaverum, præter Jura Stollæ, Parochialibus Ecclesiis à funeribus singulorum defunctorum debita, exigatur, sed in his omnibus & similibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti.

Quod si vel justa Superioris jussione vel sua sponte emigrare Subditus cujuscunque fortis voluerit, aut quod suum est vendere; liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis decedere, retenta per Ministros Religionis in loco, unde discessit, addictos administrare, & statis anni temporibus, impetrata tamen prius à Magistratu loci venia, ad sua redire.

Emigratio quoque sive voluntaria sive necessaria sit, prætextu servitutis aut alio, neutiquam difficilius reddatur, nec iis, qui emigraturi sunt, Testimonia Nativitatis, Ingenuitatis, Manumissionis, cogniti Opificii, honestæ vitæ, denegentur, nec iisdem Reversalibus inusitatis, aut Clausulis vel Juramentis de non mutanda Religione, aut etiam detractionibus steurarum nomine, plus æquo prægraventur.

Quod vero ad Terminum attinet, liberum sit cuivis Magistratui, quem velit præfigere, ne tamen quinquennio minorem à prima publica jussione numerandum. Cujus termini prorogationem emigranti vel emigrantibus ex legitimis causis Magistratui adjudicandis, ad secundum & tertium quinquennium concedendum, sed non ultra postulare liceat.

XVI.

A sola qualitate Feudali vel Subfeudali, sive à Regno Bohemia, aut ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, procedant, Jus Reforman-

Ω 3

1647. di non dependet, sed Feuda ista & Subfeuda, nec non Vasalli, Subditi & 1647.
 Mart. Bona Ecclesiastica, in causis Religionis, quicquid juris Dominus feudi ex so-
 lo dominio directo pretendat, inroduxerit, aut sibi arrogarit, ex statu Anni
 1624. die 1. Jan. perpetuo censetur: Quaeque judicialiter vel extrajudicia-
 liter de facto innovata fuerint, collantur & in pristinum Statum restituan-
 tur. Sin vero certa eo nomine Pacta, vel in ipsa Investiturarum conces-
 sione, vel aliter partium, quarum interest, voluntate intercesserint, aut
 aliud usu diuturno obtinuerit, porro quoque talia Pacta atque usu obtenta
 observentur.

In iis Locis, ubi Catholici & Augustanae Confessionis Status ex aequo
 Jure Superioritatis fruuntur, tam ratione Publici Exercitii, quam aliarum
 rerum Religionem concernentium, idem status maneat, qui fuit dicto An-
 no dieque; de Territorii jure controverso vel ante vel post Terminum Anni
 1624. donec super Possessorio & Petitorio cognoscatur ac decidatur, posses-
 sori praefati anni idem jus esto.

Sola Criminalis Jurisdictio, Cent-Gericht, solumque Jus Gladii, cum
 reliqua Superioritatis Territorialia jura conjuncta non sunt, & Retentionis,
 Patronatus, Filialitatis, Jus Reformandi non tribuunt: Quae itaque hoc
 colore Reformationes hucusque irreperunt, Pactisque intrusa sunt, cas-
 santor, gravati restituuntur, imposterum ab ejusmodi penitus abstinctor.

XVII.

Ratione Redituum cujuscunque generis & Bona Ecclesiastica eorum-
 que Possessores pertinentium, ante omnia observetur id, quod in Pace Re-
 ligionis §. Dargegen sollen die Stände, so der Augspurgischen Confession &c.
 & §. Alsdann auch denen Ständen der alten Religion &c. dispositum inven-
 tur; ii vero Reditus, Census, Decimae, Pensiones, quae vigore jam dictae
 Pacis Religionis Statibus Augustanae Confessionis ob Mediatas vel Imme-
 diatas Fundationes Ecclesiasticas, ante vel post Pacem Religiosam acqui-
 sitas, à Catholicorum Provinciis debentur, quorumque in possessione vel
 quasi percipiendi, Anno 1624. 1. Jan. fuerunt, absque ulla exceptione sol-
 vantur. Si alicubi etiam Augustanae Confessionis Status quaedam Protectio-
 nis, Advocatiae, Hospitationis, Operarum, aut alia Jura in Catholicorum
 Ecclesiasticorum bonis, sive intra sive extra Territorium fidei, legitimo Usu
 aut Concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, siquid
 ejusmodi ipsis circa Bona Ecclesiastica Augustanae Confessionis Statibus ac-
 quista competit, omnes ex aequo Jura sua pristina retineant: ita tamen, ut
 ne per tales praetextus, Bonorum Ecclesiasticorum reditus nimium pragra-
 ventur & exhauriantur; ac propterea foundationum leges observare ne-
 queant.

Reditus etiam, nec non Decimae, Canones & Pensiones Augustanae Con-
 fessionis Statibus, Fundationibus jam destructis & collapsis, ex alienis Ter-
 ritoriiis debita, iis exsolvantur, qui Anno 1624. 1. Jan. in possessione per-
 ceptionis vel quasi fuerunt; quae vero ab Anno 1624. destructae fuerint,
 aut in futurum concident, earum pensiones etiam ex alienis Territoriiis Do-
 mino destructi Monasterii seu loci, in quo id situm fuit, exsolvantur. Quae
 itidem Fundationes 1. Jan. 1624. in possessione vel quasi Juris Decimandi, &
 Bonis Novalibus in alieno Territorio fuerunt, sint etiam imposterum, nihil
 autem novi Juris quaeratur. Inter ceteros Status Imperii & Subditos id
 Juris esto, quod Jus Commune, vel cujusque loci consuetudo de decimis
 ex bonis Novalibus constituit, aut per Pactiones voluntarias conventum est.

XVIII.

1647.
Mart.

XVIII.

Circa Jurisdictionem Ecclesiasticam observetur id, quod in Pace Religionis §. Damit auch obberührte beyderseits ꝛ. ordinatum est: Quantum verò ad Causas Matrimoniales attinet, si utraque pars Augustanae Confessionis addicta fuerit, controversia inter ipsos mota eorum Magistratui dijudicando relinquatur, nisi in Forum Catholicum consentiant, Jurisdictionemque Episcopalem, sive tacite sive expresse prorogent. Quod si verò pars rea Catholica fuerit, coram Episcopo Ordinario istius diocesis, aut proximo Catholico conveniatur. Cognitio verò, *quis sit Augustanae Confessionis?* si quaestio de Immediato aliquo Imperii Statu in Pacem Religionis recipiendo, aut ejusdem Privilegiis donando, vel etiam privando agatur, utique ad Imperatorem & Status utrinque pacifcentes pertinebit, cum utrorumque ex æquo intersit.

Sin vero de iis quaratur, qui in Immediatorum Imperii Statuum terris degunt, & aliam, quam revera colunt, Religionem jactant, res utique ad Magistratus Ordinarii cognitionem pertinebit, ad evitandas lites & jurgia, quæ inde inter vicinos unius vel alterius Religionis Status sese talibus cognitionibus in alieno Territorio immiscere volentes, suboriri possent.

XIX.

Utriusque Religionis Magistratus severè & rigorosè prohibeat, ne quisquam publice, privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem, Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc imprimis seu Declarationem seu Transactionem uspiam impugnet, dubiamve faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur; sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut in Judiciis ex causis Pacem Religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resultet, resque ad paria Vota deveniat, de eo inter utriusque Religionis Proceres, non nisi amicabile ratione transigetur.

XX.

In Conventibus Deputatorum Imperii Ordinariis, Numerus ex utriusque Religionis Proceribus æquetur, de personis autem in Comitibus proximis statuatur. In horum Conventibus itemque Comitibus Universalibus sive ex uno sive duobus aut tribus Imperii Collegiis, quacunque occasione, aut ad quæcunque negotia deputandi veniant, æquetur Deputatorum Numerus ex Utriusque Religionis Proceribus. Ubi Extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanae Confessionis Status versatur, soli eidem Confessionis addicti deputentur; si inter Catholicos & Augustanae Confessionis Status, Utriusque Religionis pari numero Commissarii denominentur & ordinentur; placuit etiam, ut Commissarii quidem res à se gestas referant, & Vota quidem sua subjungant, instar tamen Sententiæ nihil definiant.

XXI.

Quod si dubia in causis Exercitium Religionis Bonaque Ecclesiastica concernentibus oriuntur, ea vel à Camera Imperiali, vel Judicio Imperatoris Aulico ad decisionem Statuum Imperii remittantur: Item, si ad Quaestiones in Comitibus, sive Universalibus sive Particularibus propositas, ex una parte Catholici, & altera parte Augustanae Confessionis Status in diversas abeant sententias, sola amicabile Compositione dissensio componatur, ac proposita dubia resolvantur, non attenda Votorum pluralitate. In Causis vero Collectarum, & aliis Statum Imperii Politicum concernentibus, hætenus à multis retro Seculis observatus per Majora concludendi modus, porro

1647.
Mart.

1647
Mart.

porro etiam observetur, liberumque nihilominus sit iis Statibus, qui ob inaequalitatem Matriculae, aut infortunia sese gravatos in Causis Collectarum sentiunt, rationibus Caesareae Majestati explicatis, vel Exemptionem vel Moderationem impositarum Publico Decreto Collectarum petere.

1646.
Mart.

XXII.

Actum praeterea est, cum ob enaras ex praesenti bello mutationes consultum videatur, Judicium Camerae Imperialis ad alium universis Imperii Statibus commodiorem locum, Erfordiam scilicet Civitatem, ad Archiepiscopatum Moguntinensem pertinentem, transferri, tum etiam de Modo Praesentandi Judices ac Assessores aliter disponere, idque in praesenti Congressu ob Statuum paucitatem negotisque gravitatem adeo facile expediri nequeat, ut his de rebus in proximis Comitibus per Imperatorem de consilio Electorum indicendis agatur & conveniatur, deliberationesque de Reformatione Justitiae in nupero Deputatorum Imperii Conventu Francofortensi habitae, effectum dentur: Interea tamen Status de praesentandis matre in locum demortuorum novis ad Judicium Camerale Assessoribus admoneantur; Caesareaque Majestas operam det, ut non solum in isto Judicio Camerali, Causae Ecclesiasticae, adlectis ex Utraque Religione pari numero Assessoribus, discutiantur & judicentur, sed idem etiam in Judicio Aulico observetur, huicque fini aliquot Augustanae Confessionis, doctos, & rerum Imperii peritos viros adsciscat, servatis quoad Processum iisdem cum Ordinatione Camerae legibus, quantum quidem causarum illuc devolutarum natura patitur.

Siquae vero dubia circa interpretationem Constitutionum & Reversuum Imperii Publicorum occurrunt, aut in dijudicandis Causis Ecclesiasticis ex paritate Assessorum Utriusque Religionis contrariae orientur sententiae, remittuntur ad Comitium Imperii Universalia, nisi interea amicabilem Partium Compositionem finiantur.

Atque in Aulico non minus; quam in Camerali Imperatoris Judicio, Privilegia Primae Instantiae, Aufregarum Jura & Privilegia de Non Appellando, Statibus Imperii illibata sunt, nec per Mandata & Commissiones, aut quovis alio modo, turbantur.

§. XVII.

Die Kayserlichen
Evangelischen
Gesandten
den 7ten Martii
1647.

Sonntags, den 7ten Martii, liessen darauf die Kayserlichen Plenipotentiarii, alle anwesende Evangelische Gesandten zu Osnabrück, zu sich erfodern, und thaten ihnen die nachstehende bedenkliche Pro-

position, die Sie Ihnen, auf Verlangen, hernacher schriftlich zustelleren, Ausweis folgenden Protocollis N. I. und Proposition sub N. II.

N. I.

Continuatio Protocollis in puncto Gravaminum.

N. I.
Protocollum
in puncto
Gravami-
num.

Sonntags den 7ten Martii 1647. haben die Herren Kayserlichen die gesammte Evangelische Gesandten zu sich in Herrn Grafens Trautmannsdorff Hoff, assignata hora secunda à meridie, fordern lassen, dahin man auch mit 12. Carossen gefahren, und waren die 4. Herren Kayserlichen, als Herr Graf Trautmannsdorff, Herr Graf von Lamberg, Herr Dollmar und Herr Crani, bey einander, da dann Herr Dollmar die Proposition that, welche dann hernacher ad dictatam